



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

3. Marcelli Mastrilli in Indiam, Tyskemicij in Societatem Iesv, per morbos  
vocatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

*per Medicas artes, per Mathematicas, per historias, & scientiarum alias excurrendo Encyclopadiam conficere.*

III.  
Philipp. Ale-  
gambe in In-  
dice Marty-  
rum num.  
CCLVIII ex  
vita ipsius  
Hispanicè &  
Gallicè edi-  
ta.

Sur. 30. Ia-  
nuarij.

IV.  
Idem loc.  
supr cit.

Alij, velut Aartæus dejectus in terram, postquam dejecti sunt in inualetudinem, fortiores surrexerunt, atque grandia opera aggressi sunt. Ita P. Marcellus Franciscus Mastrillus, Italu nobili loco natus, cum diu votis ardentissimis Indicam missionem expectasset, admirabili prodigio eius est factus compos. Nam à S. Francisco Xaeruo aspectabili repente sanatus à lethali vulnere, ad Indiam atq; ad Martyrium inuitatus est, quod sanè subijt modo luculento. Idem Philipp. Alegãbe Bibliotheca Script. S. I. fol. 160. hæc habet: Georg. Tyskemicius, natione Polon. Gente Podlach: ex peruetusta Moduidorum familiã, quæ Sereniss. Jagelloniam per Russicæ Duces attingit, patre Palatino Brestensi, matre Wolowitzia, ordinis senatorij natus, primam ætatem Vilnæ in scholis nostris, tum peregrinabundus, vt nobilitatis Poloniae mos est, Græcij, Patauij, ac demum Romæ, cum grauem incidisset in morbum, vouit, eam se familiam sacram, si conualuisset ingressurum, cuius hominè primum domo prodiens offendisset: Et commodum progressus incurrit in admodum R. P. N. Mutium Vicellescum, qui tum in Romano Collegio versabatur. Voti reus ad S. Andreae tirocinium tetendit anno salutis 1593. cum ageret ipse ætatis annum 22. Per morbum quoque admirabili illi Furseo zelus animarum adjectus est. Nam ægrotanti Angelus apparens omnia ordine tradidit, quæ ad officium diuini verbi longè lateque prædicandi pertinebant; monuitque, vt nulli labori parceret; nullo discrimine terreri se sineret, duodecim illi adhuc annos vitæ superesse, post quos laboris præmia in cælo iam antè visa, eũ manerent. Dici non potest, quanto ardore, tot ignibus inflammatus Furseus, per Angliam, Galliam, & Belgium diuinæ Fidei atque amoris incendia, postea disseminarit. Per morbum igitur isti vel è seculo ad Religionem, vel in Religione ad maiorem perfectionem vocati sunt.

Quin, & in ipso morbo quàm grandia fieri possent, idem paulo prius memoratus Lessius egregiè exemplo docuit, qui gra-  
*uissimis morborum, colicæ, calculi, herniæ duplicis, languentis ructan-  
tissiq; stomachi tormētis, voluntarias etiam flagellationes adiecerat &*

crebra